4. Jahrzehnt 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund)



Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37116
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



129

dic vulnerari. ꝗ eiusdem periculis corporis occurrat. Cum
enim dicit. et cultellos ad latus non habeat. dum dormiat.
causa sue circumspectionis subiungit. Ne forte per somnum
vulneret dormientes. Et quia dixit. resistere eos esse
debere dum dormiunt fres. subdit hortatur eos dum sic.
**Et ut parati sint monachi semper. et facto signo
absque mora surgentes festinent invicem
se precurrere ad opus dei. cum omni honestate
et gravitate et modestia** Et ut parati sit. et quia dicit festi-
nent. temperat per hoc quod dicit invicem. ne singularitas possit
de aliquo reprehendi. ideo dicit invicem. i. simul. ꝗ quia dicit pre-
currere. e ac si diceret. quia sit paratus quilibet taliter. quia po-
ssit primo venire. Et preterea ut magis declaret precurrendi maturitatem. temperat festinantem ad se cum omni
honestate et modestia Gravitas hic. minima et nota-
bilem gressus et incessus lenitatem refrenat. Gravitas
enim adversatur facilitati. et motibus seu discursibus
indiscretis. Modestia vero. hortatur mansuetudo et tran-
quilla intelligi potest. ut sit modestia gravis. i. poderosa.
et gravitas moderata **Adolescentiores fres
iuxta se non habeant lectos ꝗ permixti cum
senioribus** Adolescentiores fres et ut vitetur a senioribus
gravitate et honestate addistat. et propter reprehensionem
timeat. et per hoc i obviatur regulariter informet.
Qui sint vero isti seniores superius dixi tibi. magis
enim attendit ista senectus ad morum maturitatem
quam ad ordinem ut etate. **Surgentes vero ad opus**